Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lutis procuratione diuinitus iunguntur: Omnes urbes filiorum israel duodecim esse deseribuntur: quia his qui salubri cordis amaritudine replentur: epistole PAVLI salubri sancti spiritus consolatione medentur: Que recte duodenario numero comprehenduntur: qui perfectus computatur: et ternario uel quaternario multiplicatur: quia epistole PAVLI totius perfectionis summam in se continent: dum fidem sancte trinitatis perfecte predicant: dum diuinitatem et humanitatem xpi commendant: dum fidem. spem. et dilectionem instituunt: dum conuersionis. probationis. et perfectionis normam prendunt: dum prudentiam. iusticiam. fortitudinem. et temperantiam docent: denique dum omnibus ecclesie ordinibus prelatis. continentibus. et coniugatis fidelibus. limam correctionis et perfectionis adhibent. familia israel sunt ordines fidelium prelatorum: cognationes israel sunt ordines subditorum: salubris tristicia. et magisterio utrobique inherentium. Quinuerse ciuitates leuitarum. quadraginta octo. cum suburbanis suis computantur: quo numero ueteris ac noui testamenti libri comprehenduntur: Cum enim ueteris testamenti uiginti quatuor libri computentur: si RVTH et hinoth pse numerentur: noui quoque testamenti libri totidem inuenientur: si epistole PAVLI undecim his apponuntur: Quadraginta igitur octo libri ueteris ac noui testamenti. quadraginta annorum offensioni. poeto beatitudines opposuit. et quatuor sacramentis dnice incarnationis. passionis. resurrectionis et ascensionis. quasi quatuor rotis subuecti. ciuitates leuitarum fiunt: quia inexpugnabiles munitiones existunt: qui concupiscentiam carnis. et concupiscentia oculorum. et superbiam uite abicientes. portionem suam dn sibi cum psalmista faciunt. Sunt igitur ciuitates leuitarum cum suburbanis suis. in medio possessionis filiorum israel: quia ueteris ac noui testamenti libri. sancti spiritus medio a omni scoria heretice falsitatis expurgati. cum allegoris et moralitatibus suis sunt in medio possessionis celestium spirituum: et ad ipsum deum facie ad faciem semper uidentium. Singule ciuitates familias distribuuntur: quia ueteris ac noui testamenti scripture. practice et contemplatiue uite exercicia eorum intelligentie expanduntur: qui a omni occupatione ceularum secularium remoti. earum meditationi singulari dilectionis complexu ambitiosius inherere astringuntur: Inde ipsa sapientia suis amatoribus loquitur: Ego diligentes me diligo: et qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui operantur in me non peccabunt: et qui elucidant me uitam eternam possidebunt. SEQVITVR.

Sed itaque Dns israli omne terram. quam traditurum se patribus eorum iurauerat. et possiderunt illam. atque habitauerunt in ea: dataque est a eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusque eis resistere hostium ausus est. sed cuncti in eorum ditione redacti sunt. Ne unum quidem uerbum quod pristinum se esse promiserat irritum fuit: sed rebus omnia expleta SVNT.

Dat Dns israli omnem terram. cum contemplationi pseudamen intentis. in hereditate beatissimam. sancte scripture distribuit intelligentiam. Quam traditurum se patribus eorum iurauerat. quando eis terram